



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Compendium Summae seu Manualis Doct. Navarri

Ávila, Esteban de  
Azpilcueta, Martín de

Lvgdvni, 1609

Circumstantia.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41656**

spirituale. cap. 15. num. 10. Nec tyranno, vel inimicis Ecclesiæ, quando aliud non esset remedium. ibidem. & cap. 20. num. 3. No. cap. 20. num. 23.

Sola violatio charitatis non obligat ad restitutionem, etiam si alterum damnificet. cap. 17. num. 11. peccat non defendens proximum cum possit. cap. 24. num. 17.

Peccat qui videns aliquem ignoranter eumentem rem vitiosam, non monet illum. cap. 24. num. 21.

Peccat mortal. qui proximum volentem se precipitare, non retinet, cum possit, & qui non extrahit etiam inuitum è domo iam iam ruente. cap. 24. num. 23.

Tenemur ad impedienda mala proximi, etiam illa, quæ ille vitare potest, si vult, modo non possit illis iustè consentire, vt præcipitium, suspendiũ, renurus cibi vel medicinæ ad vitam necessariæ. ibidem circa medium.

CHOREA, vide Spectaculum.

CHRISMA, vide tit. Baptismus V. & tit. Confirmatio.

### CIRCVMSTANTIA.

A **CIRCVMSTANTIA** est quoddam accidens actus humani, qui est peccatum. c. 6. 1. Est autem circumstantia sextuplex, scilicet *Quis, Quid, Vbi, Quibus auxiliis, Cur, Quo modo,*



modo, Quando. Præl. 7. num. 27. & cap. 6. num. 2. in No. Præl. 7. num. 24. cap. 6. num. 2.

Circumstantia oblita in confessione, potest confiteri non confitendo peccatum. in Antiq. Præl. 9. n. 4. & cap. 6. num. 20. in Nouo cap. 6. num. 20. B

Circumstantiæ necessariò confitendæ sunt ex omnes, & solæ, quæ mutant speciem peccati. cap. 6. num. 3. & 7. No. num. 3. 6.

Igitur sequentes circumstantiæ sunt necessariò confitendæ. I. Circumstantia copulæ habitæ cum coniugata, vel religiosa, vel cognata. num. 5. No. num. 4. II. Circumstantia graduum consanguinitatis & affinitatis. cap. 7. num. 4. III. Circumstantia deliberantis furari, vt possit accedere ad vnam religiosam, & alteram coniugatam. IV. Circumstantia coniugati accedentis ad alienam coniugatam. cap. 6. num. 5. No. num. 4. V. Circumstantia virginicatis, etiam per D actum interiorem. num. 7. Nouo num. 8. Etiam in viro. est enim diuersa species. ibidem. verum est quod cap. 16. num. 3. expresse dicit quòd virginitas in viro non mutat speciem. VI. Circumstantia augens peccatum, ita vt ratione ipsius fiat reseruatum. cap. 6. num. 7. Nouo num. 8. VII. Circumstantia habens annexam excommunicationem, vel efficiens excommunicationem esse E  
Papa-



Papalem. num. 8. Nouo num. 9. VIII. Circumstantia odij filij erga parentes. cap. 14. num. 11. IX. Circumstantia personæ offensæ si sit pater, aut mater, aut Superior: non tamen si sit cognatus. requiritur enim quòd sint veri parentes. additum, in Nouo F cap. 14. num. 3. X. Circumstantia scandali. Sed hoc in duobus casibus; primò, quando scandalum est formale, & tunc tenetur confiteri speciem illam peccati ad quod intendebat prouocare. Secundò; quando per opus de se bonum, secundum tamen apparentiam malum, datur aliis occasio peccandi mortaliter. Item, quando quis peccat publicè absque intèntione inducendi; tamen qui peccat est talis, & coram talibus, quòd verosimiliter id videntes accipient occasionem peccandi. Ibidem. XI. Circumstantia loci sacri, licèt semper aggrauet, non tamen est semper necessariò confitenda, nisi quando peccatum directè contrariatur immunitati, vel sanctitati loci, vt effusio sanguinis, vel feminis. cap. 6. n. 4. & 9. & 11. Nouo num. 4. & 11. §. 6. Idem de furto. num. 4. Nouo. n. 4. idem etiam de abstractione violenta eorum qui ad loca sacra confugiunt. num. 9. §. 11. & Nouo num. 11. §. 6. XII. Circumstantia conscientia erronea solùm est confitenda, quando opus non erat aliàs prohibitum.



bitum. num. 12. Nouo num. 14. XIII. Circumstantia, quæ interrogatur à confessario, & non potest taceri sine periculo spiritualis incommodi. num. 8. Nouo num. 9. XIII. I Circumstantia voti de non peccando in particulari, vel in generali. cap. 12. num. 34. XV. Circumstantia facientis quod peccet aliquis mortaliter, nimis comedendo, loquendo, bibendo, irridendo. &c. hæc cum frequenter sint venialia, confessarius solum iudicabit venialia, nisi illa circumstantia exprimat. additum in No. cap. 2. num. 6.

## CIRCUMSTANTIÆ

*sequentes non sunt necessario  
confitende.*

I. CIRCUMSTANTIÆ diei festi. cap K  
6. num. 9. Nouo num. 10. II. Circumstantia diei consecrati ieiunio, vel orationi. Ibid. III. Circumstantia eius, qui existens in loco sacro, vult occidere vel fornicari extra illum: secus, si existens extra illum velit hæc in illo perpetrare. num. 10. Nouo num. 12. IV. Circumstantiæ omnes non mutant species peccati. num. 3. 7. & No. num. 3. 6. V. Circumstantia mutans veniale unius speciei, in veniale alterius speciei. cap. 6. num. 3.  
H VI. Cir